



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 209. De cujus licentia testari possit Religiosus professus vel aliquis  
Ecclesiasticus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**



nam respectu creditorum, quibus præjudicare non potest: Univerſim enim ab onere inventarii, & à rationibus reddendis, eos, quibus potest relinquere bona, sine onere dandi partem aliis, potest liberare, iisque concedere, ut eorum dictis, vel juramento ſtetur, *Mol. Lugo, d. 24: n. 236.*

## A D D E N D A.

2154 *Q. 208: De quibus rebus testari poſſit filius. R. Colligi potest ex dictis p. 1. à n. 1026. Poſſuntque videri alia apud Tambur: in Decal: lib. 5. cap. 4. §. 1. & 3.*

*Q. 209: De cujus licentia testari poſſit Religioſus profeſſus, vel aliquis Eccleſiaſticus. R. Caramuel docet pro Religioſo ſufficere licentiam eorum, per quos potest aliquid donare, ſed communiffima ſententia cum Carden. in 1. Criſi d. 65. dicit non poſſe, niſi de licentia Papæ, nam Cap. 7. Quia ingrediensibus. 19. q. 3. expreſſè dicitur, Ulterius nulli ſit teſtandi licentia: & quidem quòd nomine proprio teſtari non poſſit, certum eſt, quia nomine proprio non eſt capax ullius domini, ergo hoc, quod ipſi erat impoſſibile, non prohibetur, ergo prohibetur, ne teſtetur etiam nomine alieno, nempe communitalis, ad quam pertinet dominium, tale enim teſtamentum haberet ſpeciem diſpoſitionis ex dominio, quam à profeſſis omnino abeſſe vult Eccleſia. An & de quibus teſtari poſſit Eccleſiaſticus, dicitur l. 4. n. 1355. 1359.*

2155 *Q. 210. Quid notandum ſit circa hæreditatem & legitimam, ac ſpeciatiim circa Religioſos. R. Seqq. §. 1. Tota hæreditas in Jure vocatur As: as autem dividitur in duodecim uncias: duæ unciaſunt ſextans, id eſt, ſexta pars hæreditatis: tres unciaſunt quadrans*